

obedientiae Schrempsnicz — possidendum et annonam annuatim tollendam — usuique suo applicandam, prout sibi placuerit, dum vivit, dantes concedentesque — domino Johanni decano plenam facultatem et potestatem liberam — de eisdem pro salute animae suae ad pias causas in ecclesia nostra Misnensi dumtaxat disponendi et ordinandi, prout deus sibi inspiraverit, sine omni impedimento et contradictione capituli nostri et obedientiarum, qui pro tempore fuerit, ordinationem dispositionemque huiusmodi gratam et ratam habere volentes et praesentibus ratificantes perpetuis temporibus duraturam, salva tamen collatione dicti molendini, quae ad obedientiarum — spectare et pertinere debet, qui dictum molendinum conferre debet, quotiens ipsum vendi vel emi contigerit, dumtaxat ita tamen, quod ipse obedientiarum dictum molendinum cum consensu et voluntate ipsius domini Johannis decani, dum vivit, et post eius obitum cum consensu et voluntate illius vel illorum, cui vel quibus pro divino cultu in ecclesia nostra Misnensi ipsum molendinum et annonam de eodem tollendam et percipiendam ipse dominus Johannes assignaverit, illi vel illis dictum molendinum, pro quo vel pro quibus petierint, et non alteri seu aliis etiam gratis conferat et conferre debet, omni dolo et fraude procul motis, ipseque obedientiarum dictae obedientiae Schrempsnicz, — si molendinarum seu possessor molendini in solutione annonae negligens fuerit, ipsum molendinarum, si per iudicem ecclesiasticum ad solutionem compelli non poterit, tamquam iudex temporalis dictae obedientiae auctoritate sua iudiciaria cum effectu compellere et iuvare debet pro posse, ut annona praedicta praefato domino Johanni, dum vivit, aut illi vel illis, cui vel quibus eandem annonam post suum obitum in — ecclesia Misnensi tollendam et percipiendam assignaverit — persolvatur, et hoc faciat et facere debet, quotienscunque requisitus fuerit et oportunitum. In cuius rei evidens testimonium atque robor sigillum nostri capituli praesentibus est appensum. Datum Misnae sub anno domini millesimo trecentesimo nonagesimo octavo sabato ante festum annunciationis beatae Mariae virginis gloriosae.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen mit dem kleineren Capitelssiegel an einem Pergamentstreifen.

No. 747. 1399. 23. Febr.

*B. Thimo gelobt dem Markgrafen Wilhelm und dessen Gemahlin Elizabeth ein treuer Verbündeter zu sein, ohne deren Vorwissen vom Bisthum nicht zurückzutreten noch sonst im Besitzstande eine wesentliche Veränderung vorzunehmen.*

Wir Tyme von gotis gnaden bisschof czu Myzsen bekennen offinlichen vnd thun kund mit dessim bryefe allen den, die en sehen horen adir lesin, daz wir mit gutem willen vnd wolbedochten mute dem hochgeboren fursten vnd herren ern Wilhelme marcgrafen czu Miessen landgrafen in Doringen vnd phalzgrafen czu Sachsen vnserm lieben herren vnd der hochgeboren furstinn frawen Elizabeth marcgraffin czu Myzsen syner gemahlen vnser lieben frawen in guten truwen ane alles geuerde vns verbunden vnd globet haben, daz wir in, irem furstenthum vnd herscheften bystendig behulffen vnd getruwelichen dynen sullen vnd wollen mit dem stifte czu Mizsen slossen landen vnd luten, mit gonzzer vnser macht czu allen iren noten vnd gescheften,